

lationis ejus videtur, si quis tamen propius eorum sententias perpendat, convenire satis intelliget in assignando Paradiso terrestri, quem alii in terra, alii in Cælo collocaunt. 4. Tandem, quanquam nullos certò opinandi limites præscribat Ecclesia, in determinandis duobus illis testibus

in exitu seculorum, de quibus in Apocalysi, fateamur tamen oportet, sententiam illam, quæ venturum in mundum Henoch & Eliam præfert, multum ceteris præstare sive antiquitate, sive merito & numero Scriptorum.

DISSE R T A T I O DE LIBRO HENOC H.

Mirari subit profecto, quomodo fieri potuerit, ut priora illa Ecclesiæ sacerdotalia, Fidelium sanctitate, & Martyrum numero adeo illu-

stria, miraculis & doctrinâ Apostolorum eorumque Discipulorum adeo felicia, tam nihilominus intus & in se foverent hæresum corruptionem; externos verò hostes paternent adeo pernicioſos, molientes calumniis & blasphemis invidiam Christiano nomini conflar plurimam. Inde tot falsa Evangelia, tot Pseudo Actus Apostolici, Apocalypses sive Revelaciones, rerum gestarum à viris in Ecclesiæ amplissimis Acta corruptissima. Inde abominanda Seclarum monstra, Simonianorum, Nicolattarum, Gnosticorum, Carporationarum, Basilidianorum, Menandriorum, aliarumque, quarum singulis afferendis suis erant corruptissima Evangelia, & scripti alieni planè ab Ecclesiæ doctrina Libri.

Aliud tunc temporis emersit aduersorium genus, quorum licet minor esset nocendi voluntas, consilium tamen maximè obſuit Religioni; Authors nempe Apocryphorum quorundam Librorum, qui Lucubrationibus suis nomina præscriverunt virorum, sive in Synagoga, sive in Ecclesiæ, sive apud Gentiles amplissimum; rati id potissimum conducturum, ut ad Religionem Christianam Judæos & Paganos converteant, si prædictum à viris apud illos magni nominis Christum demonstrarent. Ea fuit mens Scriptoribus illis, qui Lucubrationes obtruserunt sub nomine Trismegisti, Sibyllarum, Libri Henoch, quarti Esdræ, Testamento duodecim Patriarcharum, sicut & alias ejusdem generis. È fraude impositum est non raro vetustissimis Ecclesiæ Patribus, quibus, non satis in ea re cautis, tanta virorum nomina fecum fecerunt.

Tantò fuit hujus artificii major pernicioſis, quantò infallibilior videbatur efflusus; liquidem vel pernicioſa illa Opera tamquam genioina, & Scriptorum, quorum præferabant nomina, sincera reputanda erant, ex quo erroribus etiam non infrequentibus in ejusdem farinæ Operi-

bus fides aſſerbatur non ſuſpecta: ſive rejiciebantur tanquam apocrypha & impofitorum fraude ſuppoſita; & eā pariter noītā præjudicio quodam inrebantur sincera Apostolorum, & Apostolicorum virorum Opera; unde parum Fidelibus de fraude ſufpiciantis utilitas; multa verò obtrandi ceteris à fide alienis anſa, quippe qui vera à falſis fecernere ſive nollent ſive non poſſent. Hinc minor etiam in Fidelibus ſicut & in Infidelibus erga ſacrarum Scripturarum authoritatem amor & obſervantia.

Liber Henoch, de quo modò, variè in Ecclesiæ recepius eſt. Primi illi quidem multum à prioribus Fidelibus delatum, quin & inter Canonicos à nonnullis receperunt eſt, vel ſaltem inter Opera Religioni planè non repugnantia, quod teſtimonium ab illo petitum in Epiftola S. Judæ animadverterint; cum interim tamen alii minus creduli & magis cauti vel fidem ſuam retinerent, vel tanquam apocryphum rejicerent. Porrò de eius authoritate peruiſi Patres, ſententiam inde ſuam, quæ ſutiliſ ſicut, maxime tamen apud Veteres obtinuit, retulerunt; nempe Angelorum perduellium manum, quod in filiis hominum turpi quodam tenebrent amore, excuſo Dei jugo, junxiſe ſi cum illis ſeſminis, iſque parentibus natos liberos corporis proceritate & criminum granditate apud Veteres ſub Gi-

gantum nomine ſat notos.

a. Apolog. I. p. 44. & Apo-
log. 2. p. 55.
b. Strom. I. 3.
& 5. & Pa-
dag. I. 2. c.
c. Iren. I. 4. c.
30. ſeu c. 16.
nov. edit. & c.
70. n. 36.

d. De Idololat.

I. 2. c. 9. de

cultu ſeſmin-

nar. c. 10. de

veland. Virg.

c. 7.

e. De Noe &

Arca c. 4. &

de Virgin. I. 1.

aceperunt ſibi in uxores ex omnibus, quas elegerant; quo loco Hebreus & Vulgata habet: Videntes filii Dei filias hominum Gr. Præpoſterè igitur intellectus locus Septuaginta fabella de Angelorum defectione & connubio materiam traxit & occaſionem.

Integrum Opus perit, fragmenta tantum ſervantur, quibus defiderunt amici. Operis non ſatis magnum inducitur. Hac verba ē Libro Henoch laudat S. Judas in Epiftola ver. 14. Ecce venit Dominus in ſanctis milibus ſuis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egereunt, & de omnibus duriſ qua locuti ſunt contra Deum peccatores impii. Hac, ait Apoftolus, prophetavit de his (corruptoribus doctrinæ Iesu Christi), quibus accommodat, que de impiis ante diluvium dicta sunt) septimus ab Adam Henoch. Author Testamenti duodecim Patriarcharum fragmenta quedam ſervat, quorum potissima dabimus infra. S. Irenæus I. 4. c. 30., docet Henoch, cum effet homo, legatione ad Angelos fundum ſuſfe, & tranſlatum ſuſfe. S. Iustinus, aliquę plures, quoſ ſupra recenſuimus, de impuro quodam Angelorum in filiis hominum amore traſtarunt. Angelorum perduellium inventa plura recentef Tertullianus de cultu ſeſminarum I. 1. c. 2. ē Libro Henoch. S. Hilarius in Psal. 132. ver. 3. tradit, in deſectione contra Deum terribilibus anathematis inter ſe conſpiraſe, coaſtos in monte, cui exinde nomen manferit Hermon, idētate Anathema.

f. Chronogra-
pb. p. 11. &
24. g. Dan. 4. 10.
14. 10. Heb.
Hir. Aquil.
Syn. Egregori,
Vigiles.

b. Syncellus
p. 16. refert.
c. A. M. 1058. Subinde
refert. He-
noch divini-
tus reſcivit
futurum di-
luvium A. M.
1423. & trans-
latum illum in
Paradisum.

A. M. 1488.
Deum mortis
ſententiam in
Egregoros
dixit. A. M.
2221. Dilu-
vium verò
confignat ad
A. M. 2242.
Quare poſt
adventum.

e. De Noe &
Arca c. 4. &
de Virgin. I. 1.

ⁱ Legunt ali
Pharmacus i
ſive Pharma-
ceus, nempe
ſcienſiſ.

k. Vide Differ-
tationem de
natura ani-
mæ juxta He-
bræorum ſen-
tentiam.

Sed majoris momenti, & ad doctrinam præ omnibus conſerens, fragmentum recitat Syncellus in ſuo Chronico (f), & publici juris fecit omnium primus Josephus Scaliger ad Graec. Eusebii: hujs autem hæc ſumma. Vigiles, Græc. Egregori, (ita ad Danielis (g) imitationem) foeminas turpi deperientis amore, mutuis ſe adhortationibus excitabant, ut ſibi in congiuges charas quisque puellas adſiceret. Semiejas vel Samſai Princeps Egregororum, coactam in celifissimi montis cacumen ducentorum manu ita affatuſ eſt: Vereor ego quidem, ne initi inter nos consili vos terreat execuſio; quare ab incepto defiſentes omnes in me unum perduellionis reum Dei vindictis fuorem totum conver- tatis. Optimum proinde factu censeb, ut sacramenta & anathematis nos invicem adagamus ad opus. Nec mora; statim omnes terribilibus sacramenta & obſecratio- nibus ſeſ adfrinxerunt ad propositi ope- ris executionem, ex quo moniti nomen- hermon, i. e. Anathema. Supremorum perduellionis Authorum nomina haec ſunt:

1. Semiejas; 2. Atareup; 3. Araciel; 4. Cobabel; 5. Horammanus; 6. Ramiel; 7. Sampſich; 8. Zaciel; 9. Balciel; 10. Azabrel; 11. Pharmarus; 12. Amariel; 13. Amagetus; 14. Thaufail; 15. Samiel; 16. Sarinas; 17. Eumiel; 18. Tyriel; 19. Jumiel; 20. Sariel.

Anno ab orbe condito, ait idem Au-
thor, 1170. (b) Angeli ſeſ vigiles con-
nubia ſua cum ſeſminis iniverunt, perfe-
rem,

Raphael, ut catenis viñctum Azaelim proceret in tenebras, ima etiam aperte- ret deferti Dudael, ut in profundam obſcuritatem Angelum hunc perduelleſ con- ſeret, ſuper prærupta & acuta faxa conſtitutum; terram ab iniuitatibus ſuſ omnibus repurgaret; ac tandem cenfum age- ret hominum & criminum ſibi commiſſum.

Tum ad Gabrielem: Conferas te illi- ad Gigantes, ſuperbos illos Egregororum filios, commiſſoque invicem in mu- tualam perniſiem armare te illos jubeo & ani- mare.

Præcepit tandem S. Michaeli, confe- ret ſe ad Semiejas totius ſeditionis prin- cipem, & coaſtum illum oculatum teſtem ſpe- ciatore caedem Gigantum filiorum ſuorum, raparet ad extrema terra hujus extor- rem,

Dissertatio

rem, ubi usque ad septuaginta generaciones, nempe ad diem iudicii, relegaret. Tunc, autem Deus, praeceps agetur in chaos ignis eterni, perpetuo caludetur in carcere, una cum ceteris perditionis confortibus. Adjectum. Ad Gigantes est connubio Egregorum cum filiabus hominum natos quod attinet, in terra tanquam pravi quidam spiritus pererrantes malorum erunt omnium, eadum, & ruinarum authores; homines possidebunt, in terram projicient, fine cibo vitam tolerabunt, spectra forambunt & terriculaent, angentur siti, aggredientur homines, torquebunt pueros. Mons vero ille initu consili & conspirationis, ac terribilium sacramentorum infamis, diris subiectur anathematismis, nivibus & algenti brumâ locus erit horrendus ad diem usque iudicii, tunc flammis absumptus liquecet.

Legitur in eodem Opere, Angelum Uriel, astrorum principem, anno Henochi 265. Mundi 1286. a Deo missum venisse docturum Henoch rationem mensis, anni, & solstitii. Hac summa fragmenti Libri Henoch apud Syncellum. Dispicebatur totum Opus in duos saltem libros, cum Syncellus primum laudet.

In fragmentis, quae restant, nupsiam legitur illud, quod a Libro Henoch S. Judas descripsit; nec fuisse unquam in Opare viri quidam docti suspicantur. Horum aliqui censem non a Libro aliquo, sed a traditione accepta Apostolum retulisse: alius ea sedet opinio, Spiritis Sancti revelatione didicisse Apostolum, quid Henoch olim vaticinanda effussa fuerit (1); alii tandem censem, Authorem Libri Henoch non nisi ex occasione loci S. Judae consilium scribendi Operis suscepisse, ratum magnam ex inde Operi suo existimationem proventuram, tanquam Apostolo noto, probatoque.

Sed facile conjecturas has omnes elevam. Patres qui Librum Henoch utique legerant, & praे manibus habebant, sentiantiam ab Apostolo relatan continerunt in illo satis aperiè testati sunt; nec alia ratione, ait S. Hieronymus in Catalog. Script. c. 4. à plerisque rejectur, (Epistola Jacobi) nisi quia de Libro Henoch, qui apocryphus est, assunxit testimonium (m). Vicissim Tertullianus ex Apostolo autoritate Libri humani De cultu Feminin. l. 1. c. 3. Accedit quidam Henoch ad Judam Apololum testimoniū perhibet.

m Vide Ep. in cap. 1. ad Tit. n De cultu Feminin. l. 1. c. 3. Accedit quidam Henoch ad Judam Apololum testimoniū perhibet.

In ipsa ejus origine brevissimum fuisse Opus illud censet Grotius, quod deinde novis novisque accessionibus creverit, vel furtivis & apocryphis scriptis contigisse non semel constat. Solemne est Judaei, ut traditiones, quas magno numero servant, Patriarchis attribuant (n); & sub tantorum nominum obtentum. Doctores eorum, allegorii & cabala studentes, varia obtrudunt Opera, fabellis & absurdis aliis plenissima; vel saltē nihil de veritate solliciti, ea in Libris illis tribuum, quæ Lectorum aures mulcere arbitrantur. Georgius Syncellus factum reputat, ut Libri Henoch tractu temporis à Judaei & Hareticis corrumperetur; sed conjecturas assert argumentis defutatas: indicet illæ additiones, quibus subinde insertum est opus, indicet illarum tempora & Authores.

S. Augustinus (r) Scribit: Scriptissime nonnulla divina Henoch, illum septimum ab Adam, negare non possumus, cum hoc in Epistola Canonica Judas Apolonus dicat. Sed consultu à Synagoga è Canone Scripturarum rejecta illa arbitratur, & facile ob antiquitatem suspecta fidei iudicata sunt. Reipsa autem occurunt in Libro Henoch fa-

Ultrò enim admittimus servatum tunc apud Judæos tradicionum quarundam, absque eo quod literis traherentur, depositum. Huius generis arbitramur que refert Apostolus de Jamne & Mambie, latei Pharaonis assistentibus, & prodiga Moysis eludere admittentibus (o); inde pariter accepta alteratio S. Michaelis cum Dæmonে de Mosaici cadaveris possessione. Cujus sane traditionis occasione factum credimus, ut Liber scriberetur, nostrâ ætate servatus sub titulo Petrarib⁹ Moysi, sive Assumptio Moysi; scriptus utique post Iesum Christum, ut apertissime prodit mentio everisonis secundi Templi. Alter est autem Liber iste ab Assumptione Moysi, Veteribus sat cognita, qui plura ex ea afferunt, nupsiam in priori illo legenda. Ex eo pariter traditionum fonte recepta credimus gesta quædam ejusdem Moysis apud Josephum relatione (p); cuiusmodi gesta memoria posteritatis commissa serius plerumque literis traducta.

In traditionum ejusmodi censem referenda arbitror oracula Henoch, ex quibus deinde natus Liber sub ejus nomine. Nihil certi statuere possumus, an ante, siue post S. Judæi ætatem adornaretur; neque enim satis exacte constat scripta hujus Epistola tempus. Illud tamen affiramus, non antea digestum fuisse Opus, quam post everisonem Templi Jerusalēm per Romanos; de illa enim agit Author in fragmento, quod in Testamento Levi servatum est. Factu autem possibile censemus, ut S. Judas tardi post Templi everisonem supervixerit, ut legere commode potuerit Librum Henoch, Patibus deinde visum & excerptum; legere, inquam, potuerit, & eo, qui menti affulget, divino lumine, vel saltē populari traditione instritus, veritatem à fabulis distinguere, atque segregare. Sed conjectura omnes.

In ipsa ejus origine brevissimum fuisse Opus illud censet Grotius, quod deinde novis novisque accessionibus creverit, vel furtivis & apocryphis scriptis contigisse non semel constat. Solemne est Judaei, ut traditiones, quas magno numero servant, Patriarchis attribuant (q); & sub tantorum nominum obtentum. Doctores eorum, allegorii & cabala studentes, varia obtrudunt Opera, fabellis & absurdis aliis plenissima; vel saltē nihil de veritate solliciti, ea in Libris illis tribuum, quæ Lectorum aures mulcere arbitrantur. Georgius Syncellus factum reputat, ut Libri Henoch tractu temporis à Judaei & Hareticis corrumperetur; sed conjecturas assert argumentis defutatas: indicet illæ additiones, quibus subinde insertum est opus, indicet illarum tempora & Authores.

S. Augustinus (r) Scribit: Scriptissime nonnulla divina Henoch, illum septimum ab Adam, negare non possumus, cum hoc in Epistola Canonica Judas Apolonus dicat. Sed consultu à Synagoga è Canone Scripturarum rejecta illa arbitratur, & facile ob antiquitatem suspecta fidei iudicata sunt. Reipsa autem occurunt in Libro Henoch fa-

o 2. Timoth. 3. 8.

p Antiq. l. 2. c. 5.

q D. Simon. b. st. Crucis. l. 2. c. 21.

r De Civite. l. 15. c. 23. & l. 18. c. 38.

De Libro Henoch.

fabelle quædam ad arbitrium consistat, ut quæ refert de Gigantibus ex Angelis parentibus natis; unde conjectura ducitur, ab impostore quodam Lucubrationem illamscriptam, sive ab Hereticis, alia plurima eius generis Opera procudentibus, supposita.

Censet itaque Sanctus iste Doctor, laudatum quidem à S. Juda Librum quendam Henoch, quod planè ex Textu Apostoli aperte satis non intelligimus. Non enim scripsisse Henoch, sive legi in Henoch hoc illud dicit; sed tantum: Henoch prophetauit; quod planè illi traditione compertum esse potuerat. Sed quando ille aliquid scripsisset, egregie demonstrat Augustinus, aliam fuisse Lucubrationem illam genuinam ab ea, quæ tune obtinebat; duplicitate id ratione evincens: 1. Quod Judæi à Canone Scripturarum alegarunt; 2. Quod futilia multa veritati & fidei repugnantia continet.

s Not. ad Grac. Euseb. pag. 405.

Josephus Scaliger (s) Librum Henoch vetustissimum arbitrat, scriptumque Hebraicæ à Judeis, ut sub obtenti magni nominis simplicioribus imponerent. Sed non satis diserte de antiquitate illa mentem suam explicat, an scilicet ante, vel post Christum; et si enim non nisi secundo Ecclesiæ saeculo prodijisset, vetustissimum utique Opus conficeretur. Vix autem cum illo convenimus in is, quæ de scripto Hebraicæ Libro affterit; ejus enim sententia argumenta nulla ex ipso Opere deducuntur. Hebraeos occurrere in illo nondissimile; sed & Hebraeos pariter animadvertis in Græcis Hellenistarum Operibus, ut in Libris N. T. & in Macchabæis. Supplicatur Hottingerus, Græcum esse Operis Authorem, cuius rei argumentum exhiberi in nomine Pharmarus, sive ut ipse legit, Pharmachus; Pharmaceus enim Græcæ est veneficus.

t Not. in Sp. eileg. PP. 1. 2. pag. 345.

Contendit D. Grabe (t), Librum illum. illud adoptasse, in quo adeò clara de Jesu Christo testimonio, ut de facto in Libro Henoch occurrit. Quando autem omnia cohererent, Librum nemp̄, cuius meminit S. Judas, & Librum Zohar unum esse & eundem, tantumque vindicaremus Libro huic Zohar antiquitatem, quantum deferunt Judæi Cabalistæ, nihil pro remotissima Libri Henoch antiquitate inde deducetur; potius enim statim post Templi everisonem paruisse, ac subinde à S. Juda & post 4. vel 5. annos à Simeone Joachide laudari. Maxima absurdissimarum sententiarum portio, quarum est mentio in Libro Henoch, recurrat apud Josephum; ut illud de Angelorum in sceminas amore (u); c. Antiquit. l. de impiorum anabus homines obdidentibus & infestantibus (d); ut nihil dicamus de nominibus Angelorum, quæ tantæ religione celabant Eſenii (e). Porro arcana illa, & recondita Judæorum scripta, facile omnia promptis Author Libri Henoch.

Veterum Patrum, quorum censem supra retulimus, plerique laudatum fuisse à S. Juda Librum Henoch persuasi, faciles etiam authoritatem Operi illi concederunt; vix enim aliqui in absurdam illam opinionem descendissent, de Angelorum cum mulieribus concubitu, atque Gigantum ortu à parentibus Angelis &c. Si Librum hunc laudavit Apostolus, reputabant illi, syncerum illam censuit; vix enim Apostolus, Dei Spiritu datus, id sibi sumisset, ut impostoris testimonio laudato, errandi offendiculum praberet Ecclesia.

Ooo Nec

Vulgatum est apud Arabes, Esdrim vel Idram, qui ipsissimum est Henoch, omnium mortalium primum studuisse Astronomia (u), missaque illi à Deo 30. Volumina, quæ in sepulchro Adam unam cum Libris Seth condiderit; quo excuso sepulchro, Abraham Opera illa Henoch reperire.

Author Hebreus libri Inchasim (x) comminicatur scripta ab Henoch omnium primo de Astronomia Volumina, quæ sane de Calo, astris, & Magia agentia laudant RR. Salomon, Solem (y) vel Sallam, & Schem Tob (z). Probatur quidem his omnibus traditionis illius vetustas, qua Henoch in censi doctissimorum Astronomorum referatur; sed nihil plane minus affertur, quam quod Henoch sive aliquid scriperit; sive ejus Libros ad nos usque transmissos; sive affertam revere antiquitatem, si forte extenuat, Libros ab Arabibus & Rabbini laudatos; sive tandem hæc ipsa Henoch scripta confundenda esse cum Libro Henoch, de quo modis, Libro, inquam, non plane Astronomico, quamquam nonnulla levioris momenti ad illam utcumque referenda con-

u Elmazim. apud Hotting. bish. Orient. l. 1. c. 3. Aben Neph. apud Kirb. t. 1. Oedip. p. 67. &c. x Vide Augus. Pfeiffer. exercit. de Henoch. c. 4.

y Additam. ad Libr. Inchasim p. 134. z Schem Tob in Lib. Emo- noib par. 3. c.

4.

a Vide Fabric. Apocryph. V. T. pag. 208. 209. not.

b Vide Drus. de Henoch. & Grab. Speci- leg. PP. tom. 2. p. 355. not.

c. Antiquit. l. d De Bello l. 7. c. 25. p. 98. e De Bello l. 2. c. 12. p. 786.